Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



surgit tanto ampliꝰ sursum tendit. Sed humilitas hominem ponit deorsum. Ergo si moneatur nō potest moueri nisi sursum et tanto amplius quanto hic imponit humilius. Nihil enim in mundo crescit nisi quod a parvitate incepit. Nulla enim arbor que non prius sit parua quam magna. Et nisi quantum se in altum sublevat tanto profundius radicem in terra figit et inferius se dimittit. Item nomine edificia omnia primo ponunt fundamenta in terra. Et est notabile quod quanto edificium debet esse sublimius tanto necesse est fundamentum esse sub terra profundius. Nam si edificium fiat altius et fundamentum non fuerit profundius citius ruit quicquid est fabricatum. Vide planta quam radices non profundat primo sed subito quasi crescit ut in cucurbita natura ostendit sic et in momento exsiccatur. Ex omnibus iam dictis concluditur quod nobilis vade in metus humilitatis quinus exterius vilis appareat quia et superbia ut alcuipere valeat sepe sub pallio humilitatis se occultat. Nam verum horis hyena transmutat ut quis sit non appareat. Sed sub voce humilitatis sua crudelitate abscondit. Cignus enim sub carne albissima carnem quam nigra valde et atque dura occultat. Nemo igitur est sum exteriorem faciem iudicando quoniam ignoratur interior vel. Nam piper est granum mole modicum sed virtute permaximum. Est exterius deforme et nigrum. Sed intus est album. Est tactu frigidum sed potencia calidissimum. Sapore acutum odore aromaticum cui vitus non sentitur dum est integrum. Sed dum est attritum et dentibus masticatum. Granum synapis quantitate est modicum sed virtute permaximum. Vide Pytagoras dicit quod inter omnes herbas optinet principatum dum humores grossos extenuat dum serpentium ictus sanat dum fungorum venena sipat. Dum denigrum colorem integrat. dum lapidem in renibus dissipat. Dum appetitum